

1. Joh. Matthesij Historie von
Luthero. Nürnberg 1570.

2. Pauli Seidelij Historia
Lutheri, Wittenberg 1581


3. D. phil. Melanthonis testi-
monia de Luthero 1580.

4. ~~Testimonia~~ Testimonia precipuorum theol.
de locis communibus

Phil. Melanthonis
seruente, 1540.

5. Precipuorum Doctorum
Adfertio de phil. Melanthonis
orthodoxa puritate,
francofurti 1579.





(Pon by 6408)³

Testimonia

D. MARTINI

LUTERIDE SOCIO

LABORVM ET PERICV

LORVM SVORVM

Philippo Melanchthone.

ACCESSERVNT ET ALIORVM

laudatissimorum virorum de eodem PHILIPPO

scriptisq; eius iudicia perquam honorifica.



PLAVTVS.

Multis in quæstu est thesaurus stultis in lingua fitus, vt quæstui
habeant male loqui de melioribus.

1580.

57. P. ...



Iapeti de gente prior, maiorue Lutero
Nemo fuit : Sed par docte Melanthon eras.

In imagines coniunctas LUTERI &
PHILIPPI.

Diuisæ his operæ, sed mens fuit vnica : pavit
Ore Lutherus oues : flore Melanthon apes.



*PLAVVS
Hic in quibuslibet libris in lingua sua, ut dicitur
hæreticis male loqui de melioribus*

1580

TESTIMONIA

LUTERI DE PHILIPPO

MELANCHTHONE, EX ALI-

LIQVOT LUTERI PRAEFATIONIBUS.

Martinus Luterus Philippo Melanchthoni
gratiam & pacem in Christo.



RASCERE & noli peccare, loquere super cubile tuum, & sile. Ego sum qui has tuas annotationes edo, & te ipsum ad te mitto. Si tibi ipsi non places, rectè facis: satis est, dum nobis places. Ex tua parte peccatum est, si quid hic peccatum est. Cur non tu ipse edidisti? Cur toties me frustra rogare, mandare, urgere passus es, ut aderes? Hæc pro apologia mea aduersus te. Volo enim tuus fur esse, & dici: nihil veritus tuas vel querelas vel accusationes futuras. Ceterùm illis quos tu fortè suspicaris nasum rugaturos, vel quibus tu metuis non esse satisfactum, sic dixero. Aedite meliora. Ego quod impij Thomistæ suo Thomæ mendaciter arrogant, scilicet, neminem scripsisse melius in S. Paulum, tibi verè tribuo. Nam illis Satan ipse persuasit, sic de Thoma suo gloriari, quo impia eius dogmata & venena latius propagarent. Ego scio, quo spiritu & iudicio sic de te pronuncio. Quid ad te, si

A ij meum

meum hoc iudicium suspenderit naso, viri illi famosi & gigantes? Meum est periculum. Quin amplius irritare volo nasutos istos & dico: Hieronymi & Origenis commentaria esse meras nugas & ineptias, si tuis annotationibus comparentur. Quid, inquires, attinet adeo prouocare etiam summa ingenia in mei inuidiam? Esto sis humilis, sines tamen me in te superbire. Quis prohibuit summa ingenia, ne adant meliora, & mei iudicij coarguant temeritatem? Utinam essent, qui meliora possent & efficerent. Deniq; & tibi minor adhuc furaturum me, & inuulgaturum etiam, quae in Genesin & Euangelion Matth. & Ioan. meditatus es, nisi tu ipse anteuertis. Sola scriptura, inquis, legenda est, citra commentaria. Recte de Hieronymo & Origene & Thoma, hisq; similibus dicis. Commentaria enim scripserunt, in quibus sua potius, quam Paulina aut Christiana tradiderunt. Tuas annotationes nemo commentarium appellet, sed indicem duntaxat legenda scripturae, & cognoscendi CHRISTI, id quod nullus haectenus praestitit commentariorum, qui saltem extet, Nam quod tu causeris, nec tibi ipsi per omnia satisfacit. Etum tuis annotationibus, labor est ante me, ut tibi credam. Sed ecce credo, non satisfeceris tibi ipsi, Neq; hoc queritur, nec petitur abs te. Quin volumus Paulo suam quoq; gloriam saluam, ne quando iactet aliquis, Philippum esse Paulo superiorem vel aequalem. Sufficit te proximum Paulo esse. Nulli inuidemus, si propior fieri poterit. Scimus te nihil esse. Rursus scimus CHRISTVM omnia in omnibus esse, qui si per asinam suam loquatur, placebit: cur displiceat, si
per

per hominem loquatur? Nonne homo es? Quod si tu ipse politiori oratione libellum hunc ornare & augere voles, gratum erit. Interim etiam invito te gratum erit, nos potiri rebus & sensibus Pauli, tuo ministerio productis. Veniam non peto, si te hoc facto offendo, sed tu desine offendi quo nos potius offendis & venia opus habes. Dominus autem augeat & seruet te in eternum. Vitebergæ vicesima nona Julij. Anno 1522.

D. NICOLA O GERBELLIO,
VIRO PVRE CHRISTIANO,
Martinus Luter.

Ratia & pax à Deo patre & Domino nostro **JESU CHRISTO.** Sublegeram iam ante Philippi nostri annotationes in tres epistolas Pauli. In qua re cum non liceret irasci in furem Luterum, hoc tamen se putabat egregiè in me vindicatum, quod libellus typographorū negligentia satis mendosus exierat, ut & me propè puderet & pigeret furti tam male locati. Ille interim me risit, sperans fore, ut furtis eiusmodi deinceps abstinerem, meo periculo doctus. Ego autem risu eo nihil motus, auxi meam temeritatem, & iam non furor, sed per vim rapio, frustra renitente autore, annotationes eius in Iohannem Evangelistam. Quas tamen nolo verbis ornare, sese commēdabunt lectori, ne rursus nasus eius & ruga mihi ferenda sint. Non enim modestia studio, sui & suarum rerum contemptor est, sed quod Christiano affectu

A 3 omnia

omnia nostra nihil esse credat. Soli autem CHRISTO omnia deberi tam obstinate, ut mihi planè videatur saltem in hoc errare, quòd CHRISTVM ipse fingat longius abesse cordi suo, quàm sit reuera. Nec mihi aliter suadenti, amplius credit, adeò profecit, & me superauit: Nouissimi sic sunt primi, & primi nouissimi. Deniq; testatur sese harum annotationum non velle autorem agnosci. Certè nimis nullus est Philippus in hac parte Ecclesiam iuuando. Mallem & ego nullos esse vsquam commentarios, solis & puris regnantibus ubiq; scripturis, viua voce tractatis. Sed quomodo Ecclesia carere possit commentarijs scripturas saltem indicantibus, non video, quales Philippi sunt. Et quis non videt Epistolam ad Hebræos esse propè commentarium? Item Pauli ad Romanos & Galatas. Quis enim sic tractaturus erat sacras scripturas, nisi Paulus sic tractandas esse monstrasset? At hoc monstrare, ego appello commentari. Hoc solum à Philippo petitur. Ipse vero, alia sibi de seipso somniat peti. Igitur ad te mitto hoc meum latrocinium, optime Gerbelli, ut & apud vos studeatis vehementer commune & vulgare facere, quantumuis inuito autore. Nam spero Joannem Secerium daturum operam, ut emendatius & accuratius excudatur, quàm furtum meum antea excusum est. Quanquam si inexorabilis Achilles iste, voluisset ipse per se rhetoricari in hoc libello, multum lucis fortè & gratiæ addidisset. Nunc si etiam aliquid defuerit vel dispositioni vel eloquentiæ, tamen ipsa sapientia & veritas, satis adfert gratiæ & lucis. Veracem, n. & sapientem iactabit is liber Philippum,
nisi

nisi CHRISTVS non sit veritas & sapientia, quem spirat & docet. Licet cum CHRISTO & ipse eligat stultus esse & dici. Atq; utinam nos quoq; sic stulti essemus cum ipsis, ut liceret gloriari: Stultum Dei sapientius est, quam homines. Gaudeo valde Joannem Oecolampadium Basileæ Isaiam profiteri, quanquam audio id multis displicere. Sed ea est fortuna Christiana doctrina. Dabit & per eum virum nobis CHRISTVS aliquid lucis, seu commentarij in Prophetas. Id quod vel cum primis desiderant nostra secula. Valemi Gerbelli in CHRISTO, & ora pro peccatore & stulto Lutero. Saluta omnes nostros in Domino. VVitebergæ, Anno 1523.

LUTHERVS IN PRÆFATIONE
SUPER ENARRATIONEM EPISTOLAE AD
Coloss. scriptam à PHILIPPO MELANCHTHONE
latine, & versam in Germanicam linguam à Reuerendo
viro IUSTO IONA, impressamq; Vitebergæ,
Anno 1529.

Du habt jr abermal ein feines nützliches Buch /
mein lieben Freunde / Nemlich / S. Paulus Epistel zu
den Colossern / mit M. Philippi Melanchthonis anweis
sung vnd vnterricht / Darinnen gar fein kurz vnd doch
deutlich vnd reichlich gefasset ist / was eine Christliche Lehre vnd Les
ben sey / Das wol diß Büchlein ein groß Buch / vnd widerumb diß
Büchlin ein klein Büchlin heissen mag / Vnd ein jeder bey sich im
Busen / als seinen Christlichen Schatz teglich zu vben / tragen kan.
Ich habe zwar selbs solche M. Philips Bücher lieber / denn die mei
nen / Sehe auch lieber dieselbē / beyde im Lateinischen vñ Deutschen
auff

auff dem Plaz/denn die meinen. Ich bin dazu geboren/das ich mit
den Rotten vnd Teuffeln muß kriegen / vnd zu Felde ligen / Darz
umb meiner Bücher viel stürmisch vnd kriegisch sind. Ich muß die
Klöße vnd Stämme außrotten / Dornen vnd Hecken weg hawen /
die Pfützen außfüllen/vnd bin der grobe Walfrechtter / der die Ban
brechen vnd zurichten muß. Aber M. Philippus fehret seubere
lich vnd still daher / Sazet vnd Pflantzet / Seet vnd bes
geust mit lust / nach dem Gott jm hat gegeben seine Sa
ben reichlich. O der seligen zeit/so vnser verdampfte vnd anckbar
keit solches vns erkennen lest. Welch ein Schatz solt es aller Welt
gewesen sein für 20. Jahren/wo man ein solch Buch hette mügen
haben. Aber jetzt ist leider dahin komen/das die Jüden des Himels
brodts sind vberdrüssig worden / wollen Zippeln vnd Knoblauch in
Egypten essen / Ja das noch erger ist / Perlen müssen wir für die
Hunde / vnd Heyligthumb für die Sewe werffen / Die vns dafür
zureissen vnd beißen. Wolan/kömpts ein mal wider / das vns das
Wort genomen / so werden wir auch vmb sonst ruffen im Jamer /
wie vnser Vorfahren gethan/vnd vns niemand erhören/te.

Luterus in præfatione operum suorum Anno 1545.
v. Martij de postrema locorum theologicorum
Philippi editione.

*Multum diuq; restiti illis, qui meos libros seu verius confusiones
mearum lucubrationum voluerunt editas: tum quod nolui antiquorum
labores meis nouitatibus obrui & lectorem à legendis illis impediri: tum
quod nunc, DEI gratia, extent methodici libri quàm plurimi, inter
quos Loci communes Philippi excellunt, quibus Theologus & Episcopus
pulchrè & abundè formari potest, vt sit potens in sermone doctrina pie
tatis. Das ist / Wir haben jetziger zeit / durch Gottes gnade / viel
feiner ordentlicher gefaster Bücher / vnter welchen die Loci commu
nes Philippi die andern vbertreffen / Auß welchen ein Theologus vnd
Seelsorger reichlich kan zubereitet vnd formiert werden / das er in
der gesunden reinen Lehr mechtig sey.*

Et

Et aliquanto post.

Eodem anno (1518) M. Philippus Melanchthon à Principe Frederico vocatus huc fuerat ad docendas literas græcas: haud dubie, ut haberem socium laboris in Theologia. Nam quid operatus sit dominus per hoc organum, non in literis tantum, sed in Theologia, satis testantur eius opera, etiamsi irascatur Satan & omnes squamae eius. Das ist: Eben dasselbe Jahr ist M. Philippus gegen Wittenberg beruffen worden / die Griechische Sprach zu lehren / Sonder zweiffel / auff das ich hette einen Mittgehülffen / in der heiligen Schrifft. Denn was Gott der H & X durch diesen Werckzeug gewircket hat / nicht allein in guten Künsten / sonder in heiliger Göttlicher Schrifft / Das weisen genugsam auß seine Schrifften / es zürne gleich darüber der Teuffel vnd alle seine Schuppen.

TESTIMONIALVTERIDE
PHILIPPO MELANCHTHONE EX
aliquot Luteri epistolis.

Martinus Luterus ad Iohannem Reuchlinum
Anno 1518, altera die Luciae.

Accedit & hoc quod permouit ut tandem scriberem, quod Philippus noster Melanchthon homo admirabilis, immò penè nihil habens, quòd non supra hominem sit, familiarissimus tamen & amantissimus mihi, omninò exegit has literas ad te.

Martinus Luterus ad Georgium Spalatinum
Anno 1518. pridie Cal. Septemb.

De Philippo Melanchthone quæ scribis & mones, facta & facienda quoq; non dubites: Habuit orationem die post-
B *quam*

quam venerat planè eruditissimam, & tersissimam, tanta gratia omnium & admiratione, ut iam non id tibi cogitandum sit, qua ratione nobis eum commendes: abstraximus citò & visionè stature & personæ: & rem ipsam in eo & gratulamur & miramur: gratiasq; illustrissimo Principi, tuo quoq; officio agimus: verùm id potius curandum est, quo nam studio, reddas eum Principi nostro commendatissimum. Ego planè græcum præceptorem, illo saluo, alium non desidero. Unum timeo, ne fortè victum nosira regionis non satis ferat teneritudo eius: deinde, quòd audio, nimirum parco stipendio eum conductum, adeè ut Lipsensibus iam gloriabundis spes sit, fore, ut nobis eum quantocius auferant. Nam & sollicitatus iam fuit ab eis, antequam ad nos perveniret. Suspicio mihi est, & multis alijs mecum, D. Pffengerum pro more suo etiam in hac caussa, nimium voluisse Principis mar supio fidelem dispensatorem præstare. Itaq; mi Spalatine, ut liberè, id est, cum amicissimo loquar, Vos videte, ne personam & ætatem eius contemnatis: homo dignus est omni honore. Nollem enim nos & uniuersitatem nostram rusticitatis insigne admittere, quo fabulam ex nobis æmuli speciosiorrem facere possent.

Martinus Luterus Georgio Spalatino,
Anno 1518, 2 Septembris.

Vale in Domino, & Philippum Græcissimum, eruditissimum, humanissimum habe commendatissimum: Auditorium habet refertum auditoribus: in primis omnes Theologos summos cum medijs & infimis, studiosos facit græcitatibus.
Martis

Martinus Luterus Ioanni Lango. Anno 1518.
altera Octaua Natiuitatis Virginis.

*Eruditissimus & gracissimus Philippus Melanchthon a-
pud nos graeca profitetur, puer & adolescentulus, si aetatem
consideres, ceterum noster aliquis, si varietatem & omnium
ferè librorum noticiam spectes, tantum valet non solum in
utraque lingua, sed utriusque linguae eruditione: Ebraeas quoque
non incognitas habet literas.*

Martinus Luterus Georgio Spalatino
Anno 1519. in Vigilia S. Pauli.

*Hebraicas literas Philippus noster tractat, ut maiore fi-
de, ita & maiore fructu quam Iohannes ille ὁ ἀποστόλης, id est,
discessor: nimia est hominis & fides & diligentia, ut vix
tempori quicquam cedat.*

Martinus Luterus Iohanni Staupicio, An-
no 1519, Vigilia S. Francisci.

*Philippi positiones vidisti aut nunc vides audaculas sed
verissimas. Ita respondit, ut omnibus nobis esset id quod est,
scilicet Miraculum. Si Christus dignabitur, multos ille Mar-
tinos prestabit, diabolo & scholasticae theologiae potentissimus
hostis: nouit illorum nugas simul & Christi petram: ideo po-
tens poterit. Amen.*

Martinus Luterus Iohanni Lango, Anno 1519.
Dominica quarta Aduentus.

B 2

Doleo

Doleo me non posse vel omnes fratres ad lectionem theologiam Philippi in Mattheum hora sexta matutina mittere. Superat iste Græculus me quoq; in ipsa theologia.

Martinus Luterus Erasmo Roterodamo,
Anno 1519, 5 Cal. Aprilis.

Philippus Melanchthon prosperè agit, nisi quod vix tantum efficere possumus omnes, ne literarum nimia insania, valetudinis acceleret iacturam. Ardet pro ætatis calore, omnia omnibus simul fieri & facere. Tu officium feceris, si per literas hominem monueris: ut se nobis & bonis literis seruet. Nam hoc capite saluo, nescio quid maius spe nobis pollicemur.

Martinus Luterus Georgio Spalatino, Anno 1519, Assumptionis Mariæ.

Vidisse te credo Eccij excusationem aduersus Philippum nostrum satis dignam Ecciano genio, in qua homini etiam in sacris literis, terq; quaterq; omnibus Eccijs doctiori, deniq; & sordide illius Eccianæ theologiæ non ignaro, approbrat pro magno vitio Grammaticam professionem. Tam recto sunt iudicio magistri illi nostri eximij, ut eruditionem metiantur secundum qualificationes suas & inanes titulos. Conatus est & eundem mihi inuidiosum reddere, dum mihi & ingenium & eruditionem, nescio quantam tribuit.

Et paulò post.

Sed redeo ad Philippum, quem tantum abest, ut nullus Eccius mihi reddere possit inuidiosum, ut in omni mea professione

sione nihil ducā antiquius Philippi calculo, cuius unius iudicium & autoritas mihi stant pro multis millibus sordidorum Ecciorum. Neq; me pudet, etsi magistrum artium Philosophia & Theologia, & omnibus penē Eccij titulis insignem, si huius mihi Grammatistæ dissenserit ingenium, meo sensu cedere, quod & sæpius feci, & quotidie facio, ob diuinum donum, quod Deus in hoc fictile vasculum, Eccio quidem contemptibile, larga benedictione infudit. Philippum non laudo, creatura est Dei, & nihil, sed opus Dei mei in ipso veneror.

Martinus Luterus Spalatino, Anno 1520.
die Sanctæ Agathæ.

Philippo memini me optasse uxorem suis moribus aptam, nec adhuc pœnitet optati: metuo homini casum, qui magna ingenia fermè persequitur: tum quòd homo est rei familiaris suiq; corporis incuriosissimus: nec dum tamen video hominem ad id genus vitæ propensum.

Martinus Luterus Spalatino, Anno 1520.
feria quarta post Corporis Christi.

De Philippo nostro nec ipse statuo, quod ad Plinium pertinet: Paulum ad Romanos legit longè maiore utilitate, quàm Plinij multi valeant: & tribus lectionibus publicis unum caput gravari per diem, tu cogita, quid sit, ne hominem extinguamus.

Martinus Luterus Spalatino, Anno 1520,
altera Ioannis Baptistæ,

B 3

Es

Et mihi, & multis visum est, mi Spalatine, Philippum non onerandum lectione Pliniana propter Apostolum Paulum: quem tanto fructu legit, quo non priuandi sunt auditores: cum is fructus è Plinio nulla queat ratione compensari: metuendumq; ne spiritus eum in hoc suscitavit: cui non temerè resistendum sit: ne fortè sit machina Satane impedituri hac specie tantū fructum. Magistro Johanni Hesso si omninò legendus est Plinius, imponendum putant.

Martinus Luterus Iohanni Lango, Anno 1520,
die S. Agapiti, qui fuit 18 Augusti.

Ego de me in his rebus nihil statuere possum: fortè ego precursor sum Philippi: cui exemplo Heliæ viam parem in spiritu & virtute.

Martinus Luterus Philippo Melanchthoni,
Anno 1521, Dominica Exaudi
ex Pathmo.

Quare tu Verbi minister interim insta & munito muros & turre Hierusalem, donec & te inuadant. Vocationem tuam & dona agnoscis. Ego pro te unice oro: si quid potest (sicut non dubito) oratio mea. Tu ergo mutuum redde: & portemus inuicem onus istud. Nos soli adhuc stamus in acie: te quærent post me.

Martinus Luterus Philippo Melanchthoni,
Anno 1521, Dominica Trinitatis.

*Ego etiamsi peream: nihil peribit Euangelio: in quo tu
nunc*

*nunc me superas, & succedis Helisæus Heliam duplo spiritu,
quem tibi Dominus Iesus impertiat clementer, Amen.*

Martinus Luterus Philippo Melanchthoni,
Anno 1521, die Margarethæ.

*Qui feruere spiritu debeo, ferueo carne, libidine, pigritia,
otio, somnolentia: ac nescio, an quia vos non oratis pro me,
Deus à me auersus sit: tu iam in locum meum succedis, donis
Dei grauior & gratior.*

Martinus Luterus Nicolao Amsdorfio,
Anno 1521, ex Pathmo.

*Opto esse vnus in Hebraeis discipulis, sed & Philippi in Co-
lossensibus. Gratia Christo qui inenarrabili dono verbi sui
sic nos locupletauit.*

Martinus Luterus Philippo Melanchthoni, An-
no 1521, postridie Natiuitatis Mariæ.

*Interim vale & ora pro me. Vellem te adhuc decies
plus obrui: adeò me nihil tui miseret, qui toties monitus, ne
onerares te ipsum tot laboribus, & nihil audis, omnia benè
monita contemnis. Erit cum serò stultum tuum hunc zelum
frustra damnabis: quo iam ardes solus omnia portare quasi
ferrum aut saxum sis.*

Martinus Luterus Georgio Spalatino, An-
no 1521, Feria 2 post Francisci.

*Obsecro ne Philippus maneat si pestis irruat. Seruandum
est*

est hoc caput, ut ne pereat verbum quod Dominus ei mandavit in salutem animarum.

Martinus Luterus Nicolao Gerbellio.

Anno 1521.

Philippus apologiam aduersus Parrhisienses pro me edidit: quam ego vernacula donavi, edita est & ipsa. Idem iam sub formis habet methodon theologicam, librum Philippo dignum.

Martinus Luterus de seruo arbitrio ad Erasmus Roterodamum, Anno 1525, Mense Decembri, Tomo Ihen: latin: 3. fol. 160 b.

Superuacaneum videtur respondere istis argumentis tuis, antea à me quoq; toties confutatis: conculcatis verò & prorsus protritis per Philippi Melanchthonis de locis Theologicis inuictum libellum: meo iudicio non solum immortalitate, sed Canone quoq; Ecclesiastico dignum.

Martinus Luterus ad Iohannem Ducem Saxon. Electorem, de Apologia à Philippo scripta.

Illustrissime Princeps, Domine clementissime, perlegi Apologiam à M. Philippo scriptam, quæ mihi eximie placet, nec quicquam in ea corrigere aut mutare possem. Neq; etiam aliquid à me emendari conueniret. Ego enim tanta moderatione & lenitate styli uti non possum. Christus Dominus noster adiuuet, ut copiosum & magnum fructum ferat, sicut speramus & petimus, Amen.

Chytraeus in hist. Confessionis Augustanæ.
Martii

Martinus Luterus ad Waldenses, Anno 1523.
Tom. Ien. 2. German. fol. 220. b.
editione secunda.

Was vnser Glaube sey / mügt jr auß dem Büchlin *Philippi Melanthonis* erkennen / darinnen alle Gründe vnd Hauptstücke vnser Glaubens / in eine Summa gefasset sind / mit Grunde der Schrift bewiesen.

Luterus in Colloquijs conuiualibus.

Qui Philippum non agnoscit praeceptorem, der muß ein rechter Esel vnd Bachant sein / den der Dünckel gebissen hat. *Quicquid scimus in artibus & in vera Philosophia, illud debemus Philippo.* Er ist wol ein schlechter *Magister* / ist aber auch wol ein *Doctor* / vber alle *Doctores*. Es ist auff Erden keiner / den die Sonne bescheinet / der solche *dona* hette als *Philippus* / Darumb lasset vns den Mann groß achten / Wer ihn veracht / der muß ein verachter Mensch für Gott sein.

Es ist kein besser Buch *post scripta Apostolorum* geschrieben worden / als die *Loci communes Theologici Philippi Melanthonis*, vnd das sol man in *Ecclesia* behalten. *In hoc libro Philippus docet, pugnat & triumphat.* Wenn man gleich alle *Patres* zu hauffen schmelzte / so würden nicht *Loci communes* drauß / wie die sind.

Ibidem fol. 24. b.

Wer jetzt ein *Theologus* wil werden / der hat grosse vorthail. Denn erstlich hat er die Bibel / die ist nu so klar / das er sie kan lesen ohn alle hinderung. Darnach lese er darzu *Locos communes Philippi* / die lese er fleissig vnd wol / also / das er sie gar im Kopff habe. Wenn er die zwey stück hat / so ist er ein *Theologus* / dem weder der Teuffel / noch kein Kezer etwas abbrechen kan / vnd ihm stehet die ganze *Theologia* offen / das er alles was er wil / darnach lesen kan *ad adificationem*. Vnd wenn er wil / so mag er auch darzu lesen *Philippi commentarium in Epistolam Pauli, ad Romanos*. Lieset er denn darzu meinen
C Commen-

Commentarium in Epistolam ad Galatas vñ in Deuteronomium, so geb ich im den *eloquentiam & copiam verborum*.

Ihr findet kein Buch vnter allen Büchern / da die *summa Religionis* / oder die ganze *Theologia* / so fein bey einander ist / als in den *Lociis communibus Philippi* / Leset alle *Patres vnd Sententiaros* / so ist es doch alles nichts dargegen. *Non est melior liber post scripturam sanctam, quam Loci communes Philippi.*

Philippus ist enger gespannt denn ich: *Ille pugnat & docet*. Ich bin mehr ein *Rhetoricus* / oder ein *Bescher*. Wenn die Drucker mir folgen wolten / so müsten sie nur die Bücher drucken / die da *doctrinam* haben / als *ad Galatas* / Item / *in Deuteronomium* / Item / die *Predigten* vber die 4. Capitel des *Euangelisten Johannis*. Die andern meine Bücher / möchte man lesen *pro cognoscenda historia reuelati Euangelij*, das man sehe / wie die Lehr ist erstlich angangen / denn es ist nicht so leicht gewesen / als *jesunder*.

Ibidem fol. 250.

Ich weiß nicht wie es kömpt / das wir nicht ehe predigen noch schreiben wollen / es gefalle vns denn zuvor selbs / vnd da man vns nicht mit dem vermanen zwünge / so theten wirs nicht / *M. Philippus* hette die *Apologiam Confessionis* zu *Augsburg* nimmermehr geschrieben / wenn er nicht so getrieben vnd gezwungen were worden / er hette es immer wollen besser machen.

Ibidem fol. 431.

M. Philippus Melanchthon hat gute Künste illustriret vnd erkleret / vnd lehret sie also / das er die guten Künste / sie aber nicht ihn gelehret haben.

Ibidem fol. 438. b.

An. 1536. 1. Augusti / schreib *D. Luther* auff seinen Tisch: *Res & verba Philippi*: *Verba sine re Erasmus*: *Res sine verbis Lutherus*: *Nec rem nec verba Carolostadius*. Das ist: Was *Philippus* schreibt / das hat *Hende vnd Füße* / die *Materia* ist gut / so sind die *Wort* auch gut: *Erasmus* macht viel *Wort* / es ist aber nichts dahinder: *Carlstadt* hat weder gute *Materia* noch gute *Wort* / r.
Ex

Ex Iohannis Mathesij concione duodecima de
vita Lutheri fol. 144.

Doct. Georg. Maior damals *Rector* / besucht den Herrn (*Lutherum*) nach essens / vnd lese diese zeit *privatim* / auff Rath des *Doctores* / *S. Augustini* Bücher durch auß. *Domine Rector* / seid ihr schier nauß / spricht er / mit ewrem *Augustino* : Nun leset immer forth. Alte *Prediger* / so mit den *Papisten* zu handeln haben / müssen die alten Lehrer vnd *Patres* auch lesen vñ wissen. Darauff wendet er sich zu vns / Leset jr / sagt er / *Locos Communes Philippi* neben der *Biblia* / das ist das schönste Buch / darinn die reine *Theologia* richtig vnd ordentlich zusammen bracht ist / Unser *M. Philippus* kan die *Schrift* erkleren / vnd den sachen nachdencken / vñ fein kurz fassen / So hat er im *Creuz* vnd *Anfechtung* beten gelernet / vnd sich mit den größten vnd gelehrtesten *Widersachern* besprochen / vnd es ist jm ernst mit seiner *Theologia*. Darumb jr jungen *Gesellen* / leset seine *Locos* vnd *ad Romanos* mit fleiß. Wil jemand mein *Deuteronomium* vnd *ad Galatas* darzu brauchen / der wird seine *Predigt* besser vnd reichlicher außstreichen können.

Ex actis Aldenburgicis fol. 319. b.

Es ist vielen redlichen Leuten bewust / das *D. Luther* die zum letzten mal verbesserte *Locos* so thewer vnd werdt gehalten hat / das er sie allen andern *Schriften* / welche nach der *Apostel* zeiten geschrieben sind / weit fürgezogen hat / Auch dieselben als ein *Manual* vnd *Handbüchlein* / bey sich allezeit getragen / vnd auff's fleißigste gelesen vnd erwogen hat. Auch die *Jugendt* vnd andere vermanet / das sie dieselben offte vnd fleißig lesen wolten. Hat auch gar offte gesagt / Er verhoffe / das durch dieses Buch / die *Christliche Lehre* / rein vñ vnuerfelscht / bis an den *Jüngsten Tag* / durch *Gottes hülff* vnd *gnade* / erhalten werden solte.

ALIORVM DOCTISSIMORVM
VIRORVM IUDICIA DE SCRIPTIS
Philippi Melanchthonis.

C 2 Corpus

CORPVS DOCTRINÆ, ET IN
HOC LOCI COMMUNES
Philippi Melanchthonis.

Flacius in Epistola ad Philippum Melanchthonem,
Anno 1549, 8 Junij.

Profectò ego non sum tuus inimicus, sed istarum fenestrarum tantum, multò verò minus odi, quæ tu eruditè, piè & utiliter scripsisti. Locos Communes tam nollem perire, quàm meipsum miserè perire.

Flacius in libro de notis Antichristi,
1549, cap. 39.

Sciunt etiam ipsi Papistæ, in omnibus nostris Ecclesijs ita doctrinam Christi tradi, sicut ea in Domini Philippi Locis Communibus comprehensa est.

Flacius in der Deudtschen Schrift/ wider ein
Epicurisch Buch eines Adiapho-
risten/ An. 1549.

Wie mögen solche kurze / blosser Rede (Leipziger Interim) die weder gute Gründe / noch ein ansehen haben / Ordnung anrichten? Es ist unmöglich / alle Kirchen vnd die ganze Welt in ein Ordnung zu bringen. Aber trawen / so viel es möglich ist / muß es erst die Bibel / darnach die Postillen Lutheri / vnd andere gute Bücher / vñ auch die *Loci communes* thun / Das Leipziger Interim wirds lange nicht thun.

Ibidem.

Einigkeit zu stifften / vnd Rotterey zu verhüten / sind von nöthen
Schriften plena, docta & firma rationibus & autoritate, als da ist
die Biblia / die Bücher D. Lateri / die *Loci communes*.

Flacius

Flacius in Epistola ad Philippum Melanch.
Anno 1548.

Tu haec (quae scribo) sic accipe, ut ab eo, qui tibi vitam ipsam debere se fateatur, ac pro te etiam effundere eam, si res postulet, sit paratissimus.

D. Iacobus Andreæ verba ista suapte manu ad
amicum Anno 1570 perscripsit.

*Pro Corpore doctrinae Philippi ego etiam sanguinem meum
profundere per gratiam Dei sum paratus. In quo pie vobiscum consentio.*

Et in hodeporico testatur publicè: scripta Domini Melanchthonis sub titulo praesertim Corporis doctrinae comprehensa, summam Orthodoxae fidei in singulis articulis complecti.

D. Iacobus Andreæ in Oratione de instauratione studij
Theologici in Academia Vitebergensi
Anno 1577, 25 Aprilis, C 3.

Philippus Melanchthon quoque capita doctrinae Christianae, quae Locos Communes vocant, conscripsit, ab ipso Lutero commendatos, pro quibus laboribus, si nullos alios accepisset, Deo laus, et ipsius nomini gratitudo debetur maxima.

Ibidem D 2. B.

Quartus Professor Theologiae Locorum Communium Philippi Melanchthonis Theologorum lectionem obtinebit, quos D. Luterus vidit, approbavit, commendavit.

Morlinus in historia Osiandrina, An. 1554, D. 5.

C 3

Diese

Dieser Lehr fürnemste Hauptstück / sind in den *Locis communibus* zusammen gezogen / die wolt Osiander erstlich herunter haben / 22. Ziel derhalben *D. Philippum* an / vnd seine *Locos communes* / auff die sich doch *D. Luther* / seliger gedechtniß zeucht / das es auch seine Lehre vnd der rechte Kern sey / darauß ein Bischoff vñ Prediger / allein reichlich nemen könne / sein Ampt außzurichten / Wie er in *praefatione primi Tomi Anno 45.* klerlich angeucht.

Iohannes Spangenbergius in Praefatione super Margaritam suam Theologicam ad *D. Philippum Brunsvicensem*, Anno 1540.

Ubi diu mecum disputassem, cuius iudicium & eruditionem in hoc negotio (conscribendi Locos doctrinae Christianae) potissimum amplecterer, succurrebat unicum huius nostri seculi decus D. Philippus Melanchthon, qui in hanc rem Locos Communes tanto spiritu congesit, ut proculdubio omnes qui in Concionatorum numerum sunt vocati, deinceps praeter negotium, rectius & maiori fruge sint declamaturi.

David Chytraeus in oratione de studio Theologico rectè inchoando, Anno 1560.

Summam doctrinae in locis theologicis eruditissima Methodo & summa orationis perspicuitate expositam tantisper legant & relegant (studiosi theologiae) donec & sententias veras de rebus ipsis seu singulis fidei articulis, & genus orationis proprium & dilucidum aliquo modo sibi familiare reddant. Meis certè studijs has de textu bibliorum, & doctrinae Christianae methodo diligenter cognoscenda, admonitiones sapientissimas, fateor magnae utilitatis fructum praebuisse: Itaq; & pro

Et pro hac discendi ratione fidelissimè monstrata Et pro pas-
terna fide, benevolentia Et ceteris erga me innumerabilibus
beneficijs, vicissim me Reuerendo Praeceptori nostro Philippo,
omnia grati animi officia debere agnosco. Eiq; omnia mea
studia, Et si quid est, quo aliorum studijs prodesse possum, Et
pleraq; alia, quae habeo in terris optima, semper grata mente
Et voce refero accepta. Cuius meae voluntatis Et perpetuae
erga D. praepceptorem obseruantia Et gratitudinis, vos etiam
testes esse potestis, qui me aliquot annis, eruditissima D. Prae-
ceptoris scripta, Locos in primis theologicos, Et Examen, Et
Dialecticam, Et Chronicon publicè praegentem, addita eto-
iam crebra Et honorificentissima D. Praeceptoris mentione,
audiuistis. Quam in hoc loco eam ob caussam repeto, quòd in-
ter vos quoq; Et passim alibi, virulentos Et falsissimos ru-
mores spargi audio, Et disseminari, quibus ea mihi tribuun-
tur, quae nunquam in omni vita, ne quidem in somnis mihi
in mentem venerunt. Certè qui proximus ex hac urbe, vo-
ces illas de tollendo aut extinguendo Praeceptore, ad alios de-
tulit, Et sparsit, is sceleratum Et impudens figmentum spar-
sit. Quod si ex vniuersa Germania vnus aliquis fide dignus
se voces illas ex me audiuisse vel ad alium à me scriptas le-
gisse fatebitur Et probabit: mea sponte atrocissima quaeq; cru-
ciatuū genera me promeritum esse, confiteor, Et crudelissima
etiam supplicia non recuso. Sed ἡ τῶν πολλῶν διαβολή τε καὶ φθόνος
πολλῶν τε καὶ ἄλλων καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἦεν κε, οἷμαι δὲ καὶ ἀγρίων ὄνδερ δ' ἐ-
δενὸν μὴ ἐν ἐμοὶ εἶναι. Ego me testimonio conscientiae meae, Et fi-
ducia auxiliij diuini, Et exemplis multorum piorum, qui per
calu-

calumniam oppressi sunt, sustento. Et pro mea virili parte, fideliter illam vera de Deo doctrina per Luterum & Philippum instaurata, Methodon, quæ in Locis cõmunibus ex verbo Dei extructa est, velut patrimonium Ecclesiae, & καλῶς παρακαταθήκην retinebo: Nec ullis me calumnijs frangi patiar, ut vel ab eo doctrina corpore, vel à pietate et reuerentia præceptori debita discedam.

Idem in oratione de Studio Theologico recte incoando, Rostochiæ impressa, in officina Iacobi Transylvani, Anno 1572. fol. 17.

Nostra etate, in qua DEVS immensa bonitate, lucem vera doctrina restituit, etsi multorum extant Methodi, Catechismi, Loci & similes libri, ex quibus summa vera doctrina mediocriter disci potest. Tamen inter ceteros solis instar enitent Loci Theologici, & Examen ordinandorum à Philippo scriptum, in quo summa totius doctrina Christianæ in quindecim locos distributa, omnium eruditissimè, elegantissimèq; exposita est.

Quare adolescentes hortor, ut quotidie absoluta lectione textus Bibliorum, aliquid temporis vel Examini, vel Locis ordinè perlegendis tribuant, &c.

Ibidem fol. 18.

Nihil igitur dubitans confirmare ausim, ingredientes studium Theologiæ, multò uberiores fructus pietatis & eruditionis & textus sacrae scripturae, ex unius libri Locorū Theologicorū assidua lectione & relectione percepturos esse, quàm
si in

si interea per magnam varietatem omnis generis scriptorum
vagarentur.

Similia vide in præfatione in Genesin ab ipso editam, in Catechesi
& alijs.

D. Nicolaus Hemmingus, Danus, In præfatione
Enchiridi Theologici, fol. 22.

*His cognitis tyrones Theologiae, ad sacrosanctum illud opus
Philippi Melanthonis, viri optimi de Ecclesia CHRISTE
meriti, legendum accedent instructiores. Nam hic vir
ΘΕΟΣΕΒΕΣΤΑΤΩ, καὶ ἀλαλκνήσεσται, non solum tractandi ordine
perspicuus, & disputando contra verae religionis hostes since-
rus & acutus. Verum etiā more Prophetico et Apostolico sub-
inde ex doctrinae partibus extruit, admonitiones, reprehen-
siones, minas, consolationes, ut hoc pacto lectori doctrinam
accommodet. Ex quo accidit, ut sacrosanctū illud opus ex-
creuerit in iustum volumen, quod opus tum demū maximo
et inestimabili fructu amantibus verae religionis proponi po-
test, ubi primū capita ipsa religionis breuiter nudeq; expli-
cata imbiberint.*

Idem in pastore, de prima parte Col. 12.

*Etiamsi multa multorum scripta extant, quae integrum
doctrinae corpus continent: tamen meo pastori in primis com-
mendatum volo Corpus doctrinae à sanctissimo viro Philip-
po Melanthonē scriptum. In eo enim nihil est obscuri, nihil
ambigui, nihil falsi: sed omnia clara & certa, extracta ex
ipsis scriptis Prophetis & Apostolicis. Huic adiiciat pastor
D
alios*



alios commentarios ab eodem viro scriptos, quos legat studiosè. Nam in illis plus solida pietatis & eruditionis inueniet, quàm fortè in multorum veterum latinorum & graecorum scriptis. His ergo si contentus fuerit simplex pastor, qualem ego instruo, plus proficiet, quàm si plurimorum scriptorũ veterum & recentium lectione se fatigaret.

Nicolaus Selneckerus in secunda parte explicationis
Euang. & Epist. dominicalium. Edit. 1575.
Francofurti, fol. 277.

D. Philippus, Eliseus, succedens Eliae, cum in publica lectione literas annunciantes obitum viri omnium Maximi Lutheri, accepisset, suspirijs, gemitibus, & lacrymis profusè effusis: Occidit, inquit ad auditores, occidit, cecidit auriga & currus Israelis Lutherus. DEVS nostri misereatur. Obitum huius viri, quæ mala subsequuta statim sint, nouimus omnes, bella intestina & externa, motus, simultates, diffidentia, odia irreconciliabilia, discordia, corruptela, calumnia, portenta opinionum, ita ut constantia & concordia cum eo sepulta esse diceretur. Doctrina autem DEI beneficio per Eliseum, Philippum, Pomeranum, Sneppium, Brentium, Principem Georgium Anhaltinum, Matthesium, Theodorum, Forsterum, atq; reliquos fidelissimè propagata, & ad nos tantorum luminarium discipulos & posteros, O utinam discipulos veros & fideles, translata est, quam ut DEVS clementer conseruet in Ecclesijs nostris, scholis, familijs, & adibus harum regionum, ut non à paucis, sed à multis

CHRISTE

CHRI**S**T**V**S agnoscat^r & celebretur, totis pectoribus pre-
camur.

Nunc dicendum est aliquid de Surijs, & Scurrarum simili-
lium insanis clamoribus, nostram Augustam confessionem
deformare conantibus. Mutatam dicunt illam esse aliquo-
ties, & pallium esse sectarum plerarumq̃. Dicerem, increpet te
DE**V**S, Satana, nisi mitius responsum haberem, quod opti-
mis quibusq̃ satisfacere potest. A privato non debuisse mu-
tari, vel in minimo scriptum publicum, & communi Ele-
ctorum & Principum nomine Casari exhibitū, vociferan-
tur. Mutatum verò nihil adeò esse novimus, vel in minimo,
quod ad res & sententiam capitum doctrina spectat: Illustra-
ta autem quaedam, & interdum copiosius explicata esse, non
diffitemur, idq̃ non privato consilio tantum, sed publico do-
ctorum nomine. Et tamen primum exemplum Principibus,
& alijs, nobisq̃ omnibus relinquitur integrum, qui & illud,
cum allegant nominando Confessionem Augustanam, intelli-
gunt, atq̃ ad id referunt unanimitè suæ doctrinae constan-
tiam, neq̃ quicquam de mutatione vel verborū vel rerum,
multò minus de corrupto, ut mendaciter loquuntur Scurræ,
aut aliter expresso ullo capite norunt, neq̃ Casarē aut ordines
Imperij nova confessione circumducunt, sed quod semel **D**E**I**
beneficio, gratia & instinctu placuit, in eo, quod ad verba
& ad res attinet, constanter permanent. Ab alijs verò,
quod obijcitur de exemptis quibusdam particulis quibus impro-
bantur secus docentes de Cœna, quàm nostræ Ecclesiæ ex ver-
bo **D**E**I** docent, illud tale est, ut facile veniam mereatur

D 2 apud

apud eos, qui audierunt, quo consilio & animo id factum sit.
Mihicertè ante aliquot annos quærenti ex viris magnis, non
infimum in imperij consultationibus locum tempore illo ha-
bentibus, quærenti inquam, multis alijs, quorum nonnulli ad-
huc superstites sunt, presentibus, de causa responsum, & satis-
factum est, videlicet, Landgravium Helvetijs se aliquando
adiungentem, concepisse optimam spem, de voluntate ipso-
rum, & accensione ad unanimum Augustanam confes-
sionem amplectendam & asserendam, si modò improbatio &
damnatio sententiæ eorum, quam hæctenus habuissent, exi-
meretur, atq; hoc ipsum clementer perscripsisse ad D. Philip-
pum & petijse exemplaria alia, omisissis illis particulis, im-
primi, num vel hac ratione meliores illi fieri, & ad unani-
mem confessionem adduci possent. Factum igitur hoc fuit
animo & consilio optimo, & optimè sperante deijs, de quibus
spes & principes & preceptores nostros fefellit. Quare si in
spe optima erratum quis esse dicat, nostra pace sane dicat, sine
veræ doctrine & nostrorum preceptorum, ac piorum docto-
rum violatione & infamatione. Secus enim docentes de
Cæna, & alijs capitibus doctrine, non minus iam, quàm tum
temporis, quo scripta & exhibita Casari Confessio fuit, sin-
ceri nostrarum Ecclesiarum & scholarum doctores & prin-
cipes improbant & confutant verbo DEI, ac solidis & ve-
ris scripturæ atq; Ecclesiæ testimonijs, & consensu orthodoxy
piæ vetustatis: ac particulas illas (improbant secus docen-
tes) nequaquam ex confessione exemptas esse volunt. Men-
tiuntur ergo Suriani, et alij, fingentes Augustanam confes-
sionem

nem cothurnum aptum pedibus sc̄ctariorum quorumlibet,
quemadmodum etiam Staphylus transfuga scribere nefario
animo ausus fuit, qui & p̄nas dedit. τῶν ἀχαλίνων σὸμάτων
& alijs ne metiantur, exemplo & terrori esse debet. Et quæ
non tantum de Cæna, sed de omnibus doctrinæ & fidei Chri-
stianæ capitibus, Confessio sit harum Ecclesiarum atq; scho-
larū sub qua nullus ex hæreticis, & secus docentibus receptum
suum querere ac occultare sua deliria potest, quocunq; ille no-
mine sese aut sua vendicet, testantur scripta omnia, cum
Lutheri, tum Philippi. Ut enim in vita utriusq; ὁμόνοια
fuit dulcissima, ita eadem & post mortem utriusq; mansit,
& mansura est in omnem eternitatem, etiamsi Mose mor-
tuo infirmitas consp̄cta fuerit digna magis commiseratione,
& sepultura, quam acerba indignatione & exaggeratione.
Nec opus est interlocutione vel Suriij vel aliorum, Res est in
aperto posita. Nec sinimus vel in minimo articulo aut pun-
cto doctrinæ disjungi Lutheri & Philippi animos, studia, o-
pera, labores, sententias, doctrinam, fidem & confessionem,
quicquid sane garriant obstrependo nasuti alij, nescio quibus
productis schedis furtim collectis, atque de veritate incertis.
Habemus libros non ἐπιστολικούς sed ἀποστολικούς, ut ita lo-
quar, id est, doctrinam integram explicantes, publicè editos,
in quibus verba Lutheri de Philippo inuenimus. Extant
Dei gratia Methodici libri quàm plurimi, inter quos Loci
communes Philippi excellunt, quibus & Theologus & Epi-
scopus abundè formari potest, ut sit potens in sermone doctri-
næ pietatis. Et rursum. Inuidius libellus Philippi Melanch-
thonis,

thonis, non solum immortalitate, sed & Canone Ecclesiastico dignus est. Et: Quid operatus sit Dominus per hoc organum, Philippum, non in literis tantum, sed in Theologia, satis testantur eius opera, etiamsi irascatur Satan & omnes squamæ eius. Et aliquoties, etiã literis scriptis, solitus est Lutherus Philippum nominare, seinen Herzkallerliebsten, ex corde charissimum Philippum, Philippus verò doctrinam à Luthero, quasi postliminio recuperatam, & DEI beneficio, his terris, & multis regnis ac nationibus, Suecia, Dania, Noruegia, toti Saxonia, Misnia, Marchia, Silesia, Francia, Sueuia, & alijs pluribus per Europam, & ipsis aduersarijs feliciter restitutam propagavit fideliter, sicut ipse inquit. Summam doctrinæ, quam Lutherus in diuersis, & interpretati num, & concionũ voluminibus tradiderat, tanquam in unũ corpus redactam edidi, & quasiui genus verborum, quò ad proprietatem, quæ ad perspicuitatem & concordiam utilis est, discentes assuescerent, ac semper omnia scripta iudicio Ecclesiæ nostræ, & ipsius Lutheri permisi, de multis questionibus etiam disertè sciscitatus sum Lutherum, quid sentiret, & multi pagellarum istarum exempla adhuc habent. In eius doctrinæ professione, quam scio perpetuũ esse consensum Ecclesiæ Catholicæ D. N. I. C. Et nunc Deum inuoco, & iuuante ipso hanc confessionem ad æternæ Ecclesiæ consuetudinẽ afferam, &c. Et ne quis, ut hodie multi sunt, perhibeat, aliud in quibusdam doctrinæ capitibus sensisse, & scripsisse Philippum, quàm Lutherũ, confutat hoc ipse Philippus, non schedis, quas deformatores Lutheri & Philippi alicunde

ilippus
o Cor-
doctri-
Vide
syno-

alicunde surreptas & conuasatas, ostentare conantur, & quæ
si sint Philippi, ut aiunt, nihil ad nos vel in minimo, multò
minus ad Ecclesie totius corpus spectant, sed publicis & toti
Ecclesie traditis & commendatis scriptis: sic enim inquit, in
quarto operum suorum Tomo, in formula concordie de con-
trouersis articulis, Deo iuuante, pium consensum in Ecclesijs
nostris omnibus fideliter tueri volumus, iuxta Confessionem
Augustæ exhibitam, & Apologiam & Articulos a Luthero
scriptos, quibus additæ sunt subscriptiones in conuentu Smal-
kaldensi, nec recepturi sumus ulla dogmata pugnantiæ cum
ea doctrina. Nec dubitamus doctrinam confessionis nostræ
veram, & veterem Ecclesie Dei Catholica sententiam esse.
Et rursum in ordinandorum Examine germanico repetit fe-
rè eadem verba, inquiens: Noster animus non est, aliam
doctrinam accipiendi aut proponendi, nisi unicam illam æ-
ternam doctrinam, quam Deus suæ Ecclesie per unigenitum
filiū suum patefecit, scriptis Prophetis & Apostolicis com-
prehensam, & in eo intellectu, qui in Symbolis Apostolico, Ni-
ceno & Athanasiano expressus est, cum quo sentiunt Lutheri
Catechismus, & Confessio, item Confessio Cæsari exhibitæ
Augustæ, Anno 1530. Quemadmodum hæc doctrina Dei
beneficio, unanimiter in Ecclesijs regionum Saxonicarum,
Lubeci, Hamburgi, & Luneburgi, & in alijs similibus tra-
ditur, cum quibus ad Dei gloriam, & ad multorū hominum
salutem cupimus concordiam conseruare.

Hæc verba grauius de causis non tamen ad pontificos
clamores refutandos, sed ad domestica mendacia confunden-
da &

da & ad rectè instituendos teneros animos, deniq; ad magistratus nostri clementissimi voluntatem & sinceritatem testandam, recito, quæ est de studio conseruandi, & ad posteritatem propagandi doctrinam apertam & explicatam, laboribus Lutheri & Philippi, iuxta scripta publicata utriusq; quemadmodum & huius anni actiones (quibus repetuntur & allegantur Lutheri scripta in doctrina de persona filij DEI, deq; cæna Dominica, & alijs similibus doctrine Articulis, cum in ijsdem scriptis omnia, quæ afferri modo possunt, exactissimè sint examinata, ut in cognitione & assertione veritatis desiderari à bonis nihil possit amplius) illam ipsam magistratus nostri voluntatē omni laude dignam testantur & prædicant. Nolumus esse Hammitæ, detegentes pudenda Noe. Et rectè dicitur, de occultis non iudicare Ecclesiam, & de ijs, de quibus nihil certi constat, bonas mentes etiam suspicionem non facile concipere.

Tilemannus Heshufius in oratione habita Vitebergæ
de studio Theologico formando.

Verè nobis de nostræ ætatis felicitate, & admiranda luce doctrine gratulari possumus. Est enim in omniū manibus eruditissima methodus totius doctrine Christi, scripta à Philippo Melanchthone, in qua singuli articuli purè, sine omnibus corruptelis, summa verborum proprietate, & perspicuitate expositi sunt, partium series prudentissimè monstrata est. Testimonia euidentia summo consilio & diligentia coaceruata. Nullæ otiosæ speculationes admixtæ sunt, sed omnia
referta

referta sunt salutari doctrina. Ac vere de hoc scripto testari
possumus, cum Philippus in alijs cōmentarijs omnes omnium
temporum Ecclesiasticos scriptores longè vicerit (excipe ta-
men Prophetas & Apostolos, ut spiritus sancti singularis &
indubitata autoritas sacrosancta maneat) in hoc scripto se-
ipsum vicit. Atq; ideo inter omnia scripta humana, iudico
esse utilius, hac methodo Philippi uti, cum ad intelligen-
dum Prophetarum & Apostolorum scripta, tum ad plenam
perfectionem doctrinae Christi, & ad certam dijudicationem
controuersiarum, de agnitione DEI, & hominum redem-
ptione. Quamobrem hoc perpetuò statuat Theologiae studio-
sus, summa assiduitate, maximo studio, & singulari atten-
tione hunc librum legendum, & subinde recognoscendum es-
se. Ceteros verò scriptores legendos censeo, ubi iudicium
de dogmatibus fuerit confirmatum, ut ad eorum lectionem
non modo discendi voluntatem, sed etiam censurae normam
& iudicandi facultatem afferamus.

Martinus Chemnitius in praelectionem Locorum
Communium, An. 1554.

Utilis est lectio Locorum. Nec in Locis alia doctrina est,
quam quae tradita est in scriptis Prophetis & Apostolicis &
symbolis. Monstratur ibi & distinctio membrorum, quae
sunt in libris Prophetis, ubi lex recitetur, ubi promissio-
nes propositae sint. Ac quod sit discrimen promissionis aeternae
& temporalium. Item Euangelij & politicae sapientiae, de-
niq; membra ibi quasi euoluuntur.

E

Tomò V.



*Hic liber eſt, ut veteris Theologi verbis utamur, θεῶν
 λογίων φιλοπονία καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς ἐνριſκόμενον σὺν ὁδῆ γίαι τῷ πνεύ-
 ματι: Nam vere in hoc comprehenduntur ea, quæ pij homi-
 nis ſtudium in lectione ſacræ ſcripturæ ductu ſancti ſpiritus ꝛ
 inuenit ꝛ inuenire poteſt, eſtq̃ quaſi lumen quoddam de hac
 ita refulgens, ut rectiſſime illo utamur ad introductionem
 in libros Propheticos ꝛ Apoſtolicos, atq̃ in præcipuis capitib.
 religionis noſtræ ſic inſtituamur, ut ſit πῖς ὑγιής, ꝛ com-
 pleamur ſcientia ſanctorum.*

*Camerarius in præfatione præfixa libro Episto-
 rum Dn. P. M. ad ſe ſcriptarum.*

*Religionis ꝛ pietatis doctrinam ille in diſſimilitudine
 tractatum ꝛ diſputationū varietate diſſipatam minusq̃
 coherentem collegit, ꝛ coagmentatã uniuſq̃. CORPORIS
 compage deuinxit: Neq̃ ſuperuacanea admiscens, neq̃ omit-
 tens non modo neceſſaria, ſed quicquam etiam eorum, quibus
 additis opus eſſet ad cognitionem fructuoſam, ꝛ explicatio-
 nem fidelem, ſecundum ſanctæ Eccleſiæ Chriſti catholicæ ꝛ
 orthodoxæ conſenſum. Hæc ipſius diligentia atq̃ elaboratio
 doctrinam religionis ac pietatis nunc quoq̃ fulcit, ꝛ impedi-
 mento eſt multorum conatibus turbulentis, qui ruruſum illam
 diſtrahendo ꝛ confundendo ꝛ commenta ſua ingerendo,
 per diſſidia ad vulgus autoritatem ꝛ magiſterium ſibi quæ-
 runt. Nam ſecundū veteris Græci verſus ſententiam: Sedi-
 tione orta, improbiſſimis quoq̃ atq̃ deterrimis honos habetur.*

Idem

Idem in nouo libello epistolarum ad D. Iohannem
Crationem, S. I. b.

Philippo Melanchthoni viro optimo & pietate, virtute,
doctrinaq; excellenti prædito, quod nunc etiam à quibusdam
obtrectari, grauitèr molesteq; mecum fers, facis id, quod te ho-
minem; im eruditumq; & probum facere necesse est. Neq;
tibi solum hominis, quem viuentem amasti & coluisti meri-
to ipsius, causa, dolori istam petulantiam esse scio, sed etiam,
atq; adeo multò magis, quod bene constitutas & præclare ex-
tractas res, tam audacter conuelli & proterue confundi ani-
maduertas. Petunt undiq; scripta illius quidam tanquam
crabrones & vespa inuolantes, & conantur alij in hoc, alij in
illud immittere aculeos suos. Quidam etiam non modo sa-
piens & doctus, sed elegans quoq; & facundus, ut viaeri
vult, Locos illius locis opposuit, Topicorum titulo. Alij non
cessant carpere hinc inde, quod exagitent. Verum scripta
Philippi Melanth. soliditate sua facile ab inani impetu de-
fenduntur.

I. Stigelius.

Pinguis vt aëri de vertice lapsa Sionis
Irrigat humentes copia roris agros,
Altus vt egrediens stagnantia littora Nilus
Fœtificat largo rura propinqua sinu:
Sic hoc sparsa libro veræ doctrina salutis
Aternis implet pectora sancta bonis.
Explicat inuicti quod sic oracula Christi
Nullum hoc in terris sanctius extat opus.

I. C.

Scripta Dei æterni certam testantia mentem
Cælestis & vox veritatis vnica,

Hoc illustrantur paruo repetita libello
Salutis & vitæ viam monstrantia.

Euricius Cordus.

Communes sapidus locos Philippi
Aeterni madidos cedri liquore:
Summa, quàm potes, eleganter arte
Mox compinge, poliç, leuigãç,
Et picta tege pelle, sericisç,
Auratum mihi ligulis adorna.
Monstranti insuper affabre Minerua,
Albis stipa, oneraç, margaritis.
Nam quales liber hic opes recondit,
Tali debet & eminere cultu.

Philippus in epistolis ad Camerarium,
fol. 579.

Confessionem Augustanam eò te in græcam linguã transfundere gaudeo, quia pro nostris horride scriptis, habebunt studiosi tua illa nitidius scripta, & legent plures. Te tamen optarim breuia illa κεφάλαια longioribus explicationibus ornare. Nemo tunc nos adiuuabat. Et erat non exigua confusio disputationum. Nunc aliquanto aliter res easdem instituerem, & recitarem quædam prolixius.

Aliud Philippi iudicium de corpore suo doctrinæ recitat ex Actis synodicalibus superius Nicolaus Selneccerus.

Idem Philippus alibi. Habui repræhensores multos: adiutorem neminem. Neq; Luterus cuius tamen erat scribere: tale aliquid scribere voluit.

Iohannes Maior de Corpore doctrinæ à Melanthonem conscripto.

*Quæ doctrina prius neruis, formaç, carebat,
Edita perplexis, & sine luce modis:*

Hanc

Hanc vario è flexu expediit ratione diserta
Alter qui Theseus arte Melanthon erat.
Ne iam massa rudis foret, indigestaq; moles:
Sed corpus cui mens addita viua subest.
Plenum est artis opus, plenus quoq; numinis, autor,
Si modo te testem ferre Luthere volunt.
Nemo ei adiutor: multus reprehensor ubiq; est:
Picaq; Luscinia certat inepta sonis.
Hi sunt, qui piperi, & scombris caua tegmina scribunt,
O capita Anticyris non releuanda tribus.
Hi quoq; dum corpus doctrina excudere tentant,
Cum careant sana mente cadauer agunt.

Eccij vox ad Philippum de Confessione
Augustana.

*Tua Philippe επιεικεια & Pontani ἱσολογία plurimum ad-
iuuerunt causam vestram.*

Chytræus in historia confessionis Augustanæ. Vide & epistolas Philippi
ad Camerarium, fol. 150.

Matthias Ritterus Eccles. Francofurdensis minister in
præfatione historiæ Augustanæ confessionis
à Dauide Chytræo contextæ.

*Tractationes de pace & concordia Ecclesiarum Germa-
niæ, ea lenitate & mansuetudine à nostræ partis principibus
& theologis susceptæ sunt: ut ab initio horum certaminum
in Germania, nunquam propius huc usq; coïsse partes de reli-
gione dissidentes, nec unquam ante extremum iudicium ar-
dus coalituras esse existimē. Confessio etiam ipsa adeo ve-
recunde & leniter à D. Philippo scripta est, ut mitius de
tantis rebus dici non potuisse arbitrer. Erasmus ut erat fe-
stiuus & lepidus, false & facetè alicubi scripsit: Melanthon*

E 3

nem

nem sequi Lutherū, ut Athen Lite, componere studens, quod illa turbavit. Sed nos diuinitus hæc duo organa Ecclesie salutaria, dissimilibus quidem naturis & donis prædita, sed eundem cursum & unum scopum gloria Dei & salutis ecclesie urgentia, mirabili quodam temperamento coniuncta esse agnoscamus: ut cum Lutherus Erasmo & alijs vehementior & medicus morborum Ecclesie asperior, Philippus econtra lenior, & mitior videretur, simili tamen pietate, doctrina, ingenij acumine, iudicij rectitudine, & in explicandis doctrinæ controuersijs dexteritate præditi, coniunctis animis & operis doctrinam Euangelij à tenebris & erroribus superioris ætatis repurgatam, fidelissimè & felicissimè propagarent.

Iohannes Brentius in præfatione præfixa Catechesi
Philippi Melanthonis edita anno 1540,

Nihil opus esse arbitror, hunc libellum κατηχήσεως longa concione commendare. Nam si autoris tantum nomen indicauero, nihil reliquum erit, quod apud veræ pietatis studiosos commendationi desit. Scripsit enim hunc libellum Philippus Melanthon, quo uno verbo duas illas virtutes de hoc libello prædico, quæ ad docendam religionem maximè omnium requiruntur. Altera est, ut quod doces, perspicua methodo doceas. Hac autem virtute Philippus ita valet, ut vix habeas quem ipsi conferas, Altera est, ut quod doces, pie, & quemodum Paulus ait, κατὰ τῆν ἀναλογίαν τῆ πίσεως doceas, quod certe hic libellus ita præstat, ut ad docendam
pietate

pietate, nihil magis piū, nihil saluti utilius afferri queat, &c.
& quæ sequuntur,

CHRONICON MELANCH-
THONIANVM.

Lutherus in supput. An: M. anno Christi 1541.

*Sane Chronicon Carionis Philippicum, primū est & opti-
mum exemplum supputationis, in quo pulcherrimè totus an-
norum cursus in sex millenarios distributus est, idq; ego secu-
tus sum.*

Ioh. Bodinus Andegauensis in Parisiorum senatu
aduocatus; in libello de methodo historiarum.

*A Functio aliquantum informati de statu omniū rerum
publicarum, Carionis aut verius Melanchthonis historiam
consimili diligentia percurremus. Est enim aliquanto copio-
sior in disputationibus de religione, ut erat religioni ac pieta-
tati deditus, quæ si odiosa videntur, præteriri facile possunt:
Cetera quæ in uniuersum de rebus publicis clarioribus dici po-
tuerunt, breuiter & accuratè complexus mihi videtur.*

Dauid Chytræus in Chronologia histo-
riæ Herodoti.

*Nulla eruditior extat, & utilior Epitome historiarum,
res maximè illustres, & gubernationi Ecclesiæ & reipublicæ
magis necessarias, annotato imperiorum & temporum ordi-
ne, complectens, quàm Philippi Chronicon quod Carionis ti-
tulo editum est. Quare in omnium studiosorum manibus
assidue versetur.*

Idem

Idem in libello de lectione historiarum
recte instituenda.

Quod poeta vetus de suo carmine inquit:

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta
Aurea perpetua semper dignissima vita.

*Idem de Chronico Carionis Philippico rectissime usurpa-
ri potest, in quo vere* κορυφαῖς ἀπὸ πασῶν τῆς ἰστορίας ἀρετῶν ἐδρετε,
*et historias Ecclesiae et imperiorum singulari iudicio electas,
sapientissime accommodauit ad locos communes et regulas
legum: et dulcissimas γνώμας intexuit, quae omnium vitae
consiliorum et actionū normas continent. Quare in omnium
studiosorum manibus assidue versetur.*

D I A L E C T I C A.

Lutherus in conuualib. sermonib. fol. 431. b.

*An. 39. am 15. Maij/ ließ M. Philippus abermal seine Dia-
lectica durch den Druck außgehen / die lobete D. Mart. Lutherus
sehr/ Denn sprach er/ Eins Menschen fürnemest Ampt ist / darzu
er geschaffen ist/ das er Gott lobt / welches geschieht mit reden vnd
lehren. Darumb ist die Kunst Dialectica billich hoch zu loben/ als/
durch welche Gottes lob / vnd der Menschen gesellschaft erhalten
wird/ &c.*

Dauid Chytræus in libello de ratione
discendi, &c. H. 4. b.

*Usitatissima in harum regionum scholis, et haud dubie
discentium studijs utilissima sunt præceptoris Philippi Ero-
temata, in quibus et præcepta Dialecticæ, ad rectè iudican-
dum*

dum & dicendum in primis necessaria prudenter & dextrè selecta sunt, prætermisissis argutijs, quarum nullus ferè aut rarissimus in disertorū oratione usus est: Et addita sunt præceptis illustra exempla, quæ usum artis eruditissimè ostendunt, & simul de optimis rebus ex omnium doctrinarum genere sumptis, & de multis horum temporum controuersijs difficilibus, iudicia adolescentum erudiunt & informant.

Dauid Chytræus in concione de studio Theologico recte inchoando.

Sunt autem immenso Dei beneficio, præcepta dialectica ex densissimis tenebris & cauillationum spinis, hac nostra ætate, in claram lucem, & in aciem educæ à communi præceptore nostro, qui cum & utilissima præcepta, sapienti iudicio selegit, & optimis exemplis illustrarit, hortor adolescentes, qui Theologiae studium ingressuri sunt, vt vnicum illum libellum tantisper legant, & relegant, donec præcepta omnia sibi familiariter nota reddant, &c.

Mathesius concione VII. de vita Lutheri, fol. 69. b.

In Welschlandt hat man newlich des Herrn Philippi Dialectica gedruckt/wiewol man seine Exempel sol gar aussen gelassen haben/für welche gute Exempel ein junger Mönch zu Benedig / vnserm Gott vnd einem Deudtschen Medico von Herben mit diesen worten gedancket: Wens ohn das Buch were/so wüßt ich armer nicht/wie ich solte selig werden. Ach mein Gott bescher mir der Bücher mehr.

Martinus Taburnus scolæ Goldbergicæ rector in Epilogo enarrationum Dialecticæ Philippi.

Habetis Dei beneficio studio mediocri expositum Philippi Melanthonis, sanctæ memoriæ opus Dialecticum vt nobilissimum. Autor iam senex, longo rerum usu & experientia multiplici doctus, & considerata opinionum varietate, hoc opus elaborauit, eiq; aliquot annos impendit, non subito effudit. Ac vt fuit sapientissimus & prudentissimus: ita exquisitissimo iudicio præcepta maximè necessaria delegit, eaq; perspicuitate inimitabili exposuit, illustrata non vulgaribus, sed maximi momenti exemplis, ex omni genere doctrinarum petitis: ex Theologia, ex doctrina Turis, ex

F medica

medica facultate, denique ex vniuersa Philosophia: sicut legentibus hoc opus exempla huiusmodi passim occurrunt: ita ut non tam propter precepta, quam propter exempla, quibus declarantur precepta hoc opus sit cognoscendum. Amplissima rerum cognitione animum instruit, atque implet hic autor, communicatione huius operis. *Nan mag im wol dar für dancken.* Sed vnum habet autor hic proprium & peculiare, non commune cum alijs, qui post Aristotelem scripserunt Dialecticam: quod videlicet vsum artis dextre & fideliter monstrat, in maximarum & grauissimarum rerum explicatione. Hic non habet parum. In hoc genere regnat autor noster.

Ergo hos libellos vobis commendatos habete, eosque Nocturna versate manu, versate diurna, ut Horatius de Graecis autoribus legendis precipit. Sic animum & cognitione preceptorum huius artis, & simul rerum optimarum & maxime necessariarum copia instruetis. Quare singuli Deo gratias agant, quod tum aliarum artium, tum huius etiam lucem per hoc organum salutare restituit. Si nullum aliud opus reliquisset, cum tamen plurima reliquerit Melanchthon, propter hoc vnum, quod Dialecticam tanta perspicuitate scripsit, & preceptorum vsum tanta dexteritate monstrauit, immortalem & aeternam laudem mereretur. Et sine dubio huius viri memoria æquabit mundi durationem.

Ioh. Sturmius lib. 2. epistolarum Classicarum ad Leonardum Hertelium
Aristotelis Doctorem dialecticum: fol. 42.

In Philippo Melanthe cum alia fuerunt multa preclara tum illud etiam adulescentulo mihi valde placuit: quod in omnibus quae docuit idoneis, & quae doctrinam sapiunt vsum est exemplis. Ex hoc cum adiuuare poteris: non te pudebit sumere, quae Aristotelem queant explanare, ea parte praesertim Dialectices, quae probabilium est argumentationum.

Idem Sturmius eodem in libello vocat Philippum parentem multo maxima partem litteratorum hominum. fol. 34.

R H E T O R I C A.

Iohannes Caesarius in praefatione Rhetoricæ.

His quidem breuiter & tanquam per compendium à nobis tractatis atque expositis, facilius erit (ni fallor) studiosis huius artis aditus atque accessus ad magnos eiusdem artis authores, hoc est ad eos qui exactius & copiosius de hac arte scripserunt et precepta tradiderunt, inter quos non postremus habendus est Philippus Melanchthon (id quod citra adulationem dico) vir profecto acris & magno iudicio & exactissimus triuialium disciplinarum scriptor, ut cuius proinde lucubrationes passim circumferuntur & leguntur non sine profectu multorum, &c.

P. Bembus,

Bembus

Bembus cum in Philippi Rhetoricis legisset de Imitatione pagellas, dixit: nihil explicatius & distinctius se legisse de imitatione scriptum: cum idem argumentum multi tractarint.

ETHICA.

Tomo 6. Declamationum C 6.

Audio ex nostris hominibus, qui in Gallia didicerunt doctrinam Iurisconsultorum, Franciscum Duarenum I. C. clariss. saepe solitum dicere: Nullum hactenus scriptorem extitisse, qui tam feliciter legum fontes commonstrarit, quam hic noster sanctissimus senex in eo libello quæ elementa doctrinæ Ethicæ inscripsit, hortatumque fuisse adolescentes, ut nunquam eum de manibus deponerent. Et affirmant viri fide digni, in eadem esse sententia Michaelem Hospitalem, regni Gallici Cancellarium, virum omni genere virtutis & eruditionis ornatissimum, Verumque, ut ait doctissimus ille Turnebus, Gallia pacatorem.

POESIS PHILIPPICA.

Julius Cæsar Scaliger lib. 6. Poëtices qui Hypercriticus inscribitur.

Ne Melanthon quidem abhorruit ab ea laude, quæ ex poëticiis artibus comparatur, tametsi nonnulli eius populares, insanis quibusdam præceptionibus, à Christiana repub. poëtas exigendos exclamauerunt, quorū barbarissimam amentiam, non verbis (neque enim verbis aut nugis vinci queunt) sed contrarijs effectiōibus doctissimus quisque damnauit. Illius igitur ingenium magnum, atque ad omnia comparatum intelligemus ex ijs poëmatijs, quibus solis lunaque defectiones cecinit. Nam & tempora varie describit eadem versibus luculentis, & eodem nitore præfagia statuit, cuius vestigia secuti sunt non ignobili ingenio Germani aliquot, Stigelius, Aemilius, Acontius, Volsius, Camerarius. Idem Philippus in epigrammate iucundus atque festiuus, &c.

Gerardus Faustus Confluentinus in distichis de Germaniæ poëtis.

*Laude Philippe viges omni, dicique poëta
Si cuperes, cunctis anteferendus eras.*

ALIA MAGNORVM VIRO-
rum iudicia de PHILIPPO in genere.

F 2

Vatio

Vaticinium.

Iohannis Reuchlini de Philippo Melanthonē ex quadam Reuchlini
epistola, in qua Philippum cohortatur, ut Vittebergam
proficiscatur, Anno 1518.

*Ecce adsunt litera piissimi principis, manu ipsius subsignata, quib. pollicetur tibi
beneficium, & propitium se fore. Quare nunc haud affabor te poetice, sed ve-
ra utens Dei promissione Abrahae fidei facta: Egredere de terra tua, & de co-
gnatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero, fa-
ciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen
uum, erisq; benedictus. Hæc Genesis 12. Ita mihi presagit animus, ita spero
futurum de te, mi Philippe, meum opus & meum solatium,*

Simlerus de Philippo discedente Tubinga Anno 1518. ex oratione
funebri Iacobi Herbrandi, habita Tubingæ anno 60. in
obitum Philipp: Melanth.

*Discedente D. Philippo Tubinga, Simlerus praeceptor, vir eruditione pra-
stans, deplorandum esse toti ciuitati eius abitum dixit, & subiicit, Quot quot ibi
essent docti homines, non esse tam doctos, ut intelligerent, quanta esset doctrina eius,
qui inde euocatus, discederet.*

*Camerarius in vita Phil. fol. 24. ita Non intelligi neq; aestimari ac per-
pendi, quantum academiæ decus & commodum decederet.*

Confessio Dn. D. Hieronymi V Velleri de scriptis summorum virorum
Lutheri & Philippi transmissa Theologis ab illustriss. principe
Augusto Electore Saxoniae, &c. Dresdam conuocatis
5. Februarij, Anno 1570.

*Ingenue fateor coram Deo & omnibus hominibus, me scripta Prophetica &
Apostolica à summis Ecclesiae luminibus, Doctore Luthero & Domino Philippo
Melanthonē illustrata, & confessionem Augustanam amplecti, deniq; & Corpus
doctrinae, in quo Dominus Philippus Melanthon, mirando & diuino artificio ea,
quae Doctor Lutherus in suis scriptis, concionibus ac lectionibus, copiose, fise & la-
te tractauit, in compendium redegit. Uterq; autem praclare de Ecclesia meri-
tus est. Uterq; eodem animo & studio doctrinam Euangelij propagauit, sed di-
spari tamen spiritu. D. Lutherus more Elia ac Esaiæ in taxandis aduersarijs to-
nitruare & fulminare solitus est. D. Philippus autem exemplo Ioëlis aduersario-
rum animos lenitate flectere ad poenitentiam studuit. Memini Lutherum dicere:
Magister Philippus ist ein fromb Herz | Er wolte gerne die Widersacher mit guten
worten*

worten fromb machen/ Ich Waltrechte/ er aber höfelt. *Minime igitur ferre poterat, si quis D. Philippum reprehendebat, dicens: Ach sie verstehen D. Philippum nicht recht/ Ich aber verstehe in wol. Quare omnibus Theologia studiosis semper autor & hortator fui, ut utriusq; summi viri diuina scripta studiose euoluerent. D. Philippum propter Methodum, D. Lutherum vero propter elocutionē legerent, eaq; in re meum exemplum imitarentur. Semper enim lectionem scriptorum Domini Philippi cum monumentis D. Lutheri coniunxi, id quod scripta mea testantur. Et si quis praclare de Philippo sentit, ego maxime: nec unquam scriptis eius offensus aut perturbatus sum.*

Hanc meam confessionem non temerè effudi, sed bene subducta ratione composui. Nam aetas, usus ac experientia rerum spiritualium ac tentationum erudierunt me, ut rectè ac piè de utriusq; D. Lutheri & D. Philippi sanctae memoriae scriptis possim iudicare, iuxta illud Euripidam: ἄλλ' ἡ ἐμπαγία ἔχει τὶ λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Erasmus in commentario Epistolæ ad Thessalonicenses
scriptæ anno 1515. cap. 2.

At Deum immortalē, quam non spem de se præbet, admodum etiam adolescens ac penè puer Philippus ille Melanchthon, utraq; literatura penè ex aquo suspiciendus? quod inuentionis acumen? qua sermonis puritas et elegantiā? quanta reconditarum rerum memoria? quàm varia lectio? quàm verecunda reorūq; prorsus indolis festiuitas?

Franciscus Irenicus Eitelingiacensis, in sua Germania lib. 2.
cap. 41. Anno 1518.

Fuit alter praeceptor noster Philippus Brettanus, vix 20. annorum, penè puer, ceterum adultissimus ac literarum experientia nulli secundus, cui quantum anni ac corporis moles detraxerunt, tantum ingenio adiecerunt, quanto Corpore tenuior, tanto animo sublimior: solide loquor, haecenus tam aurium quàm oculorū officia ille excessit, ut omnes cuiuscunq; peregrinationis aut aetatis, nullum tanta inuentutis ac eruditionis virum tot artibus praeeditum, tot disciplinis instructum, audiuisse, quàm vidisse testantur. Nec huic docendi facilitas ac fidelitas deest. Vidimus ipsi Curtherum ac Maurum ante paucos annos elementarios in grecis, nunc in doctissimos viros abiisse, ac ductu eius ita instructos, ut in omnibus illis cum doctis artificibus contendere valerent.

Oecolampadius ad Erasmus Roterodamum pag. 283.
epistolarum Erasmicarum.

Crebras ad me dat literas Philippus Melanchthon. Semper tuū meminit, semper admiratur, semper commendari tibi rogat: plane dignissimus Erasmi amore qui alter futurus est Erasmus, quiq; facundia, ingenio, eruditione, vita, si quisquam Germanorum Erasmus prestabit. Anno 1518.

Erasmus Oecolampadio. pag. eadem.

De Melanchthone & sentio praclare & spero magnifice, tantum vt cum iuuenem nobis Christus diu velit esse superstitem. Is prorsus obscurabit Erasmus.

Petrus Mosellanus Erasmo Roterodamo lib. 6. Epistolarum Erasmi fol. 240. Anno 1519.

Illud magnopere te rogo per Iesum Christum, ne inducas animum credere illis qui apud te Philippū Melanchthonē deferunt. Caue quicquā sinistrū de homine suspiceris: est adolescens optimus, ad summā eruditionē natus, nec pietatem minorem.

Erasmus respondet Mosellano ibidem fol. 243. anno 1519.

Philippus Melanthon apud me patrono non eget aut deprecatore. Faueo iuueni vt cui maxime. Plusquā atrox iniuria sit oportet, quæ apud me dirimat amicitia.

Erasmus Iulio Pflug Ibidem fol. 1060.

Philippus Melanthon præter insignem eruditionem & raram eloquentiam habet gratiam quandam fatalem quam genio suo debet potius quàm ingenio, vt cum sit omnibus candidis gratissimus, ne apud hostes quidem habeat quenquam cui sit maxime exosus.

Iohannes Nysæus Augustanus in epistola quam præfixit tabulis suis in locos theologicos Philippi Melanthonis.

Methodo, si quem alium, Philippum certe ex nostris studuisse, qui sani & p̄nt, perpetuò testabuntur: de ceteris enim quos sua bilis vexat, quid retulerit? Amemus igitur tanti viri scripta: & quo ad licet, cum similib. diligenter exoluamus, neq; maledictis nobis extorqueri patiamur. Prælucent eis sacre literæ: insunt ordo, doctrina, Zelus: respondent vita & certamina. Dicerem & successus, si tam utilem, tam conspicuam, tamq; diuturnam & infractam Ecclesie & omnium literarum moderatio nem: non, quam multi captant, opum, potentia, luxus affectationem intelligas.

Ioachimus Curæus Anno 1568.

Philippus Melanthon vere fuit postrema ætatis blandus & dulcis Eliseus. Acceperat à Deo duplicia dona, geminas fabricabat alas, sublevantes homines
in cæ-

in cœlum. Redigebat in iustum corpus & methodum, doctrinam Ecclesie sparsim traditam, ut mente comprehendere possit. Horridas opiniones & sententias paulatim leniebat. Sanabat vulnera nostrorum cœtuum, & Ecclesias arte, pietate, diligentia & patientia inimitabili coniungebat. Iniecit frenum affectibus calidioribus, mortem condidit in ollam, medebatur erratis, offensionibus. & ut benigna Lite obambulabat, ubiq; serens veritatem & pacem. Magno simul studio sculpebat sinistram alam. Artes necessarias, ad explicationem puræ doctrine, & utiles vitæ, propagabat, ea cum perspicuitate, dexteritate, & facilitate, ut adhuc sola illæ scholæ feliciter doceant, quæ hanc verè Orphei lyram arripuerunt & usurpant. Peleus petens feram interfecit amicum. Ita quidam errore animi ingularunt patronos & fratres suos. Manasse discerpit humeros & brachia sua. Ita multi propriarum Ecclesiarum baiulum & defensorem prostragarunt. Philippus vir verè mitis & humilis corde in ista dimicatione usus est singulari philosophia, non solum Peripathetica aut Aristotelica, sed diuina. Tacuit, vicit patiendo & ferendo. Refutauit omnes calumnias, doctrina & vita sua. In medio æstu certaminum & crudelium insidiarum aduersus ipsum, perseuerauit in explicatione magnarum & difficilium controuersiarum, & ingentem lucem posteritati peperit. Tempus veritatem in lucem proferet. Viuit & valebit huius viri memoria & autoritas apud omnes bonos & pios. Ac filius Dei qui stat in excubijs pro filijs populi sui seruabit Ecclesiam suam, in qua perpetuo usq; ad reditum ipsius ad iudicium sonabit vox tradita in scriptis Prophetarum & Apostolorum, quæ fideliter & pie sunt illustrata & propagata à Melanithone.

F I N I S.

G O R L I C I I
Ambrosius Fritsch excudebat.

Anno

M. D. LXXX.

LIBRIS
GORLICI
Ambrosius Aichele excudit.
MDCCLXXII



Fi 4419
Fi 4419


ULB Halle 3
003 015 67X




Sb.

Fi 56







(Pon 15 6408)³

Testimonia
D. MARTINI
LUTERIDE SOCIO
LABORVM ET PERICV-
LORVM SVORVM

Philippo Melanchthone.

ACCESSERVNT ET ALIORVM
laudatissimorum virorum de eodem PHILIPPO
scriptisq; eius iudicia perquam honorifica.



PLAVTVS.
Multis in quaestu est thesaurus stultis in lingua fitus, vr quaestui
habeant male loqui de melioribus.

1580.

577

